Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sermonem in multam noctem duximus.
cum senex nihil nisi de Affricano loque
retur · omnia q: eius facta · non solum sed
etiam dicta meminisset · deinde ut cubi
tum discessimus · me de uia · & quia
multam noctem uigilassem arcior q: sole
bat · somnus conplexus est : Hic ego mihi
equidem credo ex hoc id eramus (Fit enim
fere ut cogitationes sermonesq: nostri pari
ant aliquid tale in somnio · quale de
Homero scripsit Ennius de quo sepissime
uigilans solebat cogitare & loqui) Affrica
nus se ostendit ea forma que mihi ex
imagine eius quam ex ipo erat notior ·
quem ut tibi agnoui · eqdem corrui · Sed ades
inquit animo & omitte timorem Scipio
& que dicam trade memorie Videsne
illam urbem · que parere r · p · per me si co
acta est renouas pristina bella non potest
quiescere ostendebat autem Cartaginem
de excelso pleno stellarum illustri & claro